



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 52. Imperatoris responsum ad rationes sibi a Legatis contra sua postula
oppositas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„nebatis, quod vos, cum plurimos ex il-
 „lis articulis rejici prævideretis, noli-
 „tis in ipsis exponere periculo meam
 „auctoritatem, ne parum honorifice ha-
 „beatur. IV. Asserebatis, quod id, si
 „Oratores vellent per seipfos ea propo-
 „nere, futurum fuisset efficacissima cauf-
 „sa ad Synodum dissolvendam, quæ
 „tamen potissimum coacta erat in emolu-
 „mentum ditionum Cæsaris. „ Cete-
 „rum hæc postrema ratio, quippe ad per-
 „movendum Cæsarem prævalida, acrius
 „ab Osio Legato urgebatur in literis,
 „quas ad Ferdinandum Regem perscrip-
 „serat: quinimo hæc ipsa ratio præ ce-
 „teris longe majorem vim in omnium
 „animis obtinebat.

§. LII.

*Imperatoris responsum ad rationes
 sibi a Legatis contra sua postu-
 lata oppositas.*

In iisdem literis Cæsar ad præfatas
 hæc rationes hunc in modum re-
 spondit, & quidem ad primam: „ Si
 „Regi Catholico licuit Continuationis
 „declarationem publice petere, & Regi
 „Christianissimo tot alia capita propo-
 „nere licebat: quinimo si in publica se-
 „curitatis fide, Protestantibus oblata, in-
 „vitabantur ipsi ad Concilium, & ad
 „res

Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.

Pall. 1. 17.

c. 5. n. 5.

§ 6.

Rayn. hoc

ann. n. 61.

§ 64.

Exstat. epist.

Imp. in MS.

Archiv. Vat.

sign. n. 3229.

p. 73.

Sæcul. XVI. „res ibi proponendas, ego quidem non
A.C. 1562. „intelligo, quo pacto mihi primo Eccle-
 „siæ Filio, & Advocato, idem privile-
 „gium denegari valeat.

„ Ad secundum sic rescripsit: Cum
 „hactenus audierim, quod velit Ponti-
 „fex, ut causæ nobiliores in Conci-
 „lio agitentur, ibique in capite, ac
 „membris Ecclesia reformetur, huic
 „quoque sententiæ accessi: verum u-
 „bi aliquis ex articulis propositis haud
 „videbitur ad Synodum pertinere, non
 „sum tam duræ cervicis, ut illum de-
 „leri recusem, aut Patrum rationibus ob-
 „luctari velim.

„ De tertio sic scribebat Cæsar: Tan-
 „tum auctoritatis mihi non arrogo, ut
 „Synodi Patribus leges præscribam
 „de rebus Ecclesiasticis; cum mihi suf-
 „ficiat meo muneri satisfacere, quod non
 „in eo situm scio, ut vos regam, aut
 „dirigam, sed duntaxat admoneam: de
 „cetero me filium Ecclesiæ obsequio-
 „sum profiteor, adeoque repulsas pro
 „contumeliis, aut injuriis acceptare
 „haud assuetus sum.

„ Circa quartum denique ita respon-
 „dit: Æque inopinatum, & amarum
 „mihi accidit, quod tam levi de causâ
 „dissolutio timeatur: quippe ad eam
 „usque horam mihi persuasum fuit, quod
 „illic loquendi libertas unicuique con-
 cedenda

cedenda fuerit, ac proinde illi, qui
 ægre ferrent ea, quæ proponebantur,
 audire, ostenderent fortasse aures pa-
 rum amicas veritati, cuius est odium
 parere. Ego quidem cupio distinctius
 cognoscere, quid in iis, quæ a me pro-
 ponebantur, posset Patrum animos tam
 graviter lædere: nam in eo, quod spe-
 ctat ad summum Pontificem, nun-
 quam mihi fuit in animo ipsum accu-
 sare, aut perstringere; quin imo tanti-
 a me æstimatur ejus integritas, pie-
 tas, probitas, ac studium in Rempu-
 blicam Christianam, ut dicere fre-
 quenter, ac publice sim solitus, visum non
 fuisse jamdiu Pontificem eo meliorem,
 magisque quietis communis studio-
 sum, præter alia singularis benevolen-
 tiæ argumenta a Pontifice mihi exhi-
 bita; ut proinde ingratum supra cun-
 ctos mortales animum gessissem, si ad-
 versus omne fas ei quidquam labis a-
 spergere attentassem: adumbrantur
 quidem in eo libello aliquæ aulæ Ro-
 manæ correctiones, sed mea mens erat
 æque, ac Legatorum, ut id Pontifex
 per seipsum exequi posset: Ceterum,
 quod Clerus præsertim in Germania
 emendatione egeat, dubium esse non
 potest, nec in eo inæqualitatem peto,
 satis contentus, ut eadem opera Laici
 quoque reformatur, insuper a me fuit
 Hist. Eccles. Tom. XLV. H „pari-

Sæc. XVI.

A.C. 1562.

„pariter ibi postulatum, ut leges aliquot
 „Ecclesiasticæ relaxentur propter quam-
 „dam Provinciarum imbecillitatem in
 „fide: porro id mirum haud videri de-
 „bebat iis, qui alias provincias in Re-
 „ligione firmiores incolebant, adeoque
 „hoc peculiari levamine haud indigen-
 „tes: denique mihi nuntiatum est, non-
 „nullis displicuisse, quod aliqua ibi pro-
 „ponerentur iisdem verbis, quibus ute-
 „bantur hæretici: verum nihil mihi ea
 „de re compertum est, utpote hæreti-
 „corum voluminum haud perito, sed ut-
 „cunque id foret, ubi res haberentur
 „pro malis, rejiciantur; ubi pro bonis
 „considerantur, laticem, non fontem esse
 „considerandum censeo. „

§. LIII.

*Cæsar totum suum petatum Legatorum
 prudentiæ committens.*

Pallav. n. 7.
8. 89

Tandem sic suam mentem declarabat
 Cæsar: „id totum significavi ad me
 „purgandum, non ad disceptandum vo-
 „biscum, quos agnosco tanquam præ-
 „stantissimos Ecclesiæ Cardinales, quo-
 „rum prudentiæ plurimum tribuo, quo-
 „rumve sincera, ac singularis erga me
 „benevolentia adeo mihi perspecta est,
 „ut nonnisi optima, paternaque consilia
 „ex ea mihi sint expectanda, si ergo
 „perlectis rationibus meis, opportunum
 „vos